

Scaurus qui vetuit filium in conspectum suum 10  
venire, quia bello Cimbrico deseruerat.

Scipio Nasica <qui> quia non rite inauguratus 11  
consul es<se> videretur, consulatu se abdicavit et do-  
mitis Dalmatis oblatum a senatu triumphum repudia- 5  
vit statuasque quas sibi quisque in publico posuerat  
in censura sua sustulit. censuit in senatu tamen Car-  
thaginem non esse delendam; propterea optimus iu-  
dicatus.

Cornelius Cettegus qui fratrem suum Cette- 12  
gum quod cum Catilina coniurasset morte multandum 11  
censuit.

Tullius Cicero qui in consulatu suo Catilinae 13  
coniurationem fortissime oppressit.

#### 20. Qui pro salute se optulerunt

15

Horatius trigeminus qui adversus Curiatios Alba- 1  
norum [qui] de summo imperio dimicaverunt.

Fabii trecenti qui cum omnes patriciae stirpis es- 2  
sent, bellum Veiens peculiariter sibi depoposcerunt. 19

Mucius Cordus qui[a] ignibus manus imposuit. 3

Horatius Cocles qui ponte rescisso Tiberis ar- 4  
matus transiit natans.